

folio

Habianus dicitur quasi fabricans bea-
titudinem supernam et eaz sibi acqui-
rens tripliciter. s. iure adoptionis. emptio-
nis et iure rebellionis.

De sancto Fabiano martire

Fabianus civis romanus
fuit et cum pa-
pa defuncto pro alio eligendo po-
pulus convenisset inter eos et ipse venit rei-
eritum scire volens. Et ecce columba cadi-
da descendit super caput eius. Quod cum oēs
mirarentur ab eis in papa eligitur. Dicitur aut
Damianus papa pro omnes regiones sex dyaco-
nos misit et eisdem sex subdyaconos tradidit
qui omnium gesta martirum collegerunt. ut ait
Haymo. Dicit imperatori Philippo volē-
ti interesse pasche vigilijs et communicare mi-
sterijs resistit: nec quousque peccata confite-
retur et inter penitentes staret interesse pmi-
sit. Dicit etiam celsina constituit. Adem circa
annum dñi. cclij. et pontificatus sui anno xij.
iussu Decij capitis obtruncatione martirio
coronatur.

De nomine

Sebastianus dicitur est a sequens et be-
atitudo et astin quod est civitas et ana quod est sur-
sum quasi sequens beatitudinem civitatis sup-
ne hoc est eam possidens et requirens et acqui-
rens. et s. quintuplici denario s. m. Augusti-
num. s. paupertate regnum. dolore gaudium. la-
bore requiem. ignominiam gloriam. morte vitam
Vel dicitur Sebastianus a basto. Nam miles
ipse. equus ecclesia. bastum siue sella seba-
stianus fuit. quo mediante ipse in ecclesia mi-
litanit et demulctis martiribus victoriam ob-
tinuit. Vel Sebastianus interpretatur valla-
tus vel circuitens. Gallanus quod sagittis tan-
Bericius fuit circumdatus. Circuitens quod
omnes martires circumbat et oēs confortabat

De sancto Sebastiano martire

Sebastianus vir christi
fuit Narbonensium genere civis Ne-
apolitanensis Diocleciano et Maximiano
imperatoribus a deo carus fuit. ut principa-

lissimi prime colordis ei traderet. et suo aspec-
tu iuberent semper a stare. Dicit militare cla-
midem ob hoc tunc ferebat. ut christianorum ani-
mas: quas in tormento videbat deficere: et
confortaret. Dum autem preclarissimi vi-
ri Marcellianus et Marcus gemini fratres
pro christi fide decollari deberent: ad eos par-
tes advennerunt: et ipsorum animos a suo pro-
posito renocarent. Advenit igitur mater eor-
um. et soluto capite scissisque vestibus vte-
ribusque omnibus aiebat. O predulces filij:
circūdat me inaudita miseria et intolerabili-
lis luctus. Deu me miseram amitto filios
meos ad mortem ultro tendentes: quos si
hostes auferrent mihi: per media sequere-
bella: raptos inuaderem. Si violēta iu-
dicia cōcluderent: carcerem irumpere in o-
ritura. Novum hoc pereundi genus est: in
quo carnis rogatur ut feriat. vita optat
ut pereat. mors imitatur ut veniat. Non
hic luctus noua miseria: in qua nato-
rum iu-
uentis sponte amittitur. et parentum mise-
randa cogitur senectus ut viuat. Hoc dicit
centē matre: pater senior adducitur mani-
bus serulozum: et capite asperso pulueris
voces huiusmodi vabat ad celum. Ad mor-
tem ultro proficiscentibus filiis valedictus
aduenit: quod mee sepulture parauerat
in filiozum sepulturas infelix expendam.
O filij mei baculi senectutis et gemini me-
orum viscerum lumen. cur sic mortem dili-
gitis? Venite huc iuvenes. et flete super in-
uenes sponte pereuntes. Venite senes huc
et mecum super filios plangite. Huc acce-
dant patres. et prohibeant ne talia patiantur.
Deficite plorando oculi mei. ne videam
filios meos gladio cedi. Hoc dicente pa-
tre adueniunt coniuges. aspectibus eorum
proprios filios offerentes: atque eiulando
clamantes Quibus nos dimittitis? Qui
erunt horum infantium dñi. Quis vestras lar-
gas diuidet possessiones Deu quod ferrea pē-
ctora. quod parentes respicitis. amicos pios
respuitis. viros abijcitis. filios abdicatis.
et vos carnificibus spontaneos exhibetis.